



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Feria III. Pentecostes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

Spirat Humilitatem, Mortificationem
Sensuum, Charitatem Proximi, Man-
luetudinem, & Patientiam. *Crasset in
Confid. Festo Pentec. punct. 3.*



FERIA III. PENTECOSTES.

THESIS I. *Ut vitam habeant, & a-* *Operatio-*
bundantiùs habeant. Joan. 10. v. nes spiri-
10. *Id, quod fit in anima per Adven-* *tus S.*
tum Spiritùs Sancti, qui omnia in ho-
mine, quoad vitam æternam perficit;
Nam I. Si amamus JESUM, hunc a-
morem in nobis accendit Spiritus San-
ctus. II. Si Pater æternus, & Filius e-
jus mansionem in nobis faciunt, Spiri-
tus Sanctus eos in nos introducit. III.
Si fruimur Pace, quam nobis obtinuit
Christus, triumphato Principe Mundi;
Spiritus Sanctus est, qui eam in nobis
producit, & conservat. *Durand. in
Character. Sanctor. part. 2. Dom. Pentec.*

THESIS II. *Ego sum Ostium. Christus*
Joan. 10. v. 9. I. Christus est Ostium Ostium.
Ec-

Ecclesiæ, qui per eum non intrat, non est in Ecclesiâ. II. Christus est Ostium Pœnitentiæ, quisquis peccatorum per eum non intrat, non accipit Veniam. III. Christus est Ostium Cœli, per quod solum intratur in cœlum.

THESIS III. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis. Joan. 14. v. 16. I. Causa Missionis Spiritûs Sancti fuit: primò Bonitas Dei; secundò Misericordia Dei; Tertio Merita, & Preces Christi. II. Finis Missionis Spiritûs Sancti fuit: Ut testimonium perhiberet de Christo; ut nos doceret, & suggereret nobis omnia, quæcunque dixit Christus, Joan. 14. Ut argueret Mundum de peccato. Joan. 16. III. Effectus Missionis Spiritûs Sancti fuit: Primò ardens Charitas; Charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum. Rom. 5. Secundò Zelus gloriæ Christi per totum Mundum. Tertio Constantia heroica in tormentis, & periculis Apostolorum. Nepveu in Reflexionib. ad finem Mens. May.*